



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Mater Amoris Et Doloris**

**Ginther, Anton**

**Augustæe Vindelicorum, 1711**

**VD18 15312348**

Præfatio Ad Benevolum Et Marianum Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47286](#)

PRÆFATI  
O

# PRÆFATIO

*AD*

## BENEVOLUM ET MARIANUM LECTOREM.

**P**AUCI, & non nisi pauca de DOLOROSA MATRE scripserunt;  
habes hic plura, Mariane Lector, Cultor & Amator! pro tuo  
aliorūmque commodo singulis diebus Sabbatinis, vel Quadra-  
gesimalibus, vel diebus Divæ Virgini per annum Festivis applicanda,  
meditanda, imitanda & prædicanda. Placuit autem in hoc Tractatu  
scribendo (prout nuper in Tractatu de SS. CORDE JESU feci) humili,  
ac facili, sed tamen tercis auribus non indigno Stylo incedere, atque  
Christianam æmulari potius simplicitatem, quam Romanæ eloquentiæ  
nitori anxiè insistere, non enim auribus sed animis pabulum apponere  
studui. Et quia omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci, singulis  
Considerationibus aliquod Emblema æri incisum præfigere placuit, ut  
sic statim ex primo Considerationis intuitu, quidnam materiarum illic  
tractetur, intelligas; atque ut facilem reperires concionandi methodum,  
en Manuductionem pro pluribus formandis Conceptibus annexam;  
plura imposterum, & si ita DEO placuerit, CURRUM ISRAËL, ET AURIGAM  
Eius tibi subministraturus. De reliquo omnia, quæ in hoc Opusculo  
continentur, comprimis Censuræ S. MATRIS ECCLESIAE, ac gratiose  
DD. Superiorum meorum, doctorūmque Vitorum judicio humiliter  
subjicio, paratus, si in aliquo errasse, corrigi & corrigere. Tu  
interim optime Lector vale, ac fruere, memor semper illius Eccle-  
siastici: *Et gemitus Matris tuae ne obliviscaris.* Eccl. 7, 29.

)\*\* ( 2

IN-

